



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

FVNERI INDICTIVO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI EXCELLENTISSIMIQVE,

DOMINI

CHRISTIANI

Wobrensee

PHILOSOPHIAE PRACTICAE IN ACADEMIA VVITEMBERGENSI PROFESSORIS

PVBLCI LONGE CELEBERRIMI, ALVMNORVM

ITEM ELECTORALIVM EPHORI MVLTOTO GRAVISSIMI,

SENI

VENERANDI ET DE HAC ACADEMIA

IMMORTALITER MERITI,

CVM

D. VIII. MAII ANNO M DCCVI.

MORTALIVM REBVS PLACIDE

EXEMTVS ESSET,

SOLENNI EXEQVIARVM DIE,

QVI XVI^{tu}s MENSIS CVRRENTIS ERAT,

SVPREMO DEFVNCTVRI FAVORIS, SINCERI

AMORIS OBSEQVIQVE OFFICIO,

ACCLAMABANT

FAVTORES, COLLEGAE, AMICI.

VVITEMBERGAE,

LITERIS CHRISTIANI SCHROEDTERI,

ACADEM. TYPOGR.





Ahne, mei quondam qui portio prima fuisti
 Conuictus & TE, VIR mihi chare, sequar?
 Quam vellem modo si mea ferrea fata iuberent
 Ad Superum pro TE letus abire domos.
 Ipse, Tuum, sed qui sperabam funebre carmen,
 Ecce! TIBI tristes concino, DIVE, modos.

panca haec lugens scrib.

Johannes Deutschmann/D.
 Prof. Prim. Sen. Praepositus & p. t.
 Decanus.

Discite Mortales, quam sit mors pallida fallax.
Jam rapit infantes, jam rapit illa senes.
 Non parcat senia: non parcat corpore lasis:
Insidias pueris adstruit, atque Viris.
 Is demum est felix, quem mors praevisa paratum
 Raptat: nam talis morte beatus obit.

beate mortuum sincere lugens scribeb.

Caspar Böcher/D.

ROERENSAEUS obit! doctæ plorate Camcenæ,
 Delicium vestri praesidiumque chori.
 Scilicet in sventum succedunt tristitia morem,
 Nosque alia ex aliis tanta vicesque premunt.
 Lurida num solis facies praesaga malorum?
 An spreta hosce DEI sustulit ara lares?
 Occidit heu Sapiens! atque uno funere condit,
 Proh dolor, ingenii pignora tanta sui!
 Scire datum cunctis, Sapiunt vulgaria multi;
 Rarius at Nostro mentis acumen erat.

*Beatis Manibus Viri de Academia & universis Sapientia
 studii immortaliter meriti lugens dedit*

Joh. Georg. Neumannus, D.

Quid jurvat innumeris auras complere querelis?
 Quid manes justos sollicitare jurvat?
 Quid jurvat immites probris profcindere Parcas?
 Plus justo in lacrymas quid simul ire jurvat?
 Occidit heu! fateor, jam ROEHRENSEUS, in annos
 Qui plures Musas ducere dignus erat.
 Occidit heu! doleo, tamen haud simul occidit omnis,
 Plurima pars ejus nescit in orbe mori.
 Vivit enim caelis, quorum nunc sede receptus
 Nobilitate potest prosperitate frui

Hi

*Hic cum caelitibus pro tot tantoque labore
 Praemia mille capit, gaudia mille capit,
 Vivit adhuc orbi, nec enim valet ille perire,
 Qui Musis vivus commoda tanta tulit.
 Leucoreos donec nomen laudesque manebunt,
 Et ROEHRENSEI fama superstes erit.
 Dum se pro meritis monumenti haec ponit ad instar,
 Se testem, quantum luceat, ipsa favit.
 Ast ego defunctum merito cum Leucore lugens,
 Qua capit urna, cubant molliter, ossa, precor.*

Obitum Viri de Academia summe me-
riti vehementer dolens scr.

C. H. Horn, D.

S folgt ein Lehrer schon dem nur Verbliebenen nach/
 Darüber männiglich sich billig muß betrüben/
 Und wem es näher geht/ der seuffzet Weh und Ach;
 Doch denen fehlet nichts/ die Gott beständig lieben!
 Gottfried Suevus, D.

Qui quondam multos docuisti vivere recte
 Exemplo viuo dogmatibusque piis:
 Jam moreris, mortisque Tuae vestigia iisdem
 Imprimis, et sancte sanctus obire doces.
 Joh. Balthaf. Wernherus, D.

Officium cum quemque suum parteisue docebat
 Divus, & ipse sui tum memor usque fuit.
 Hinc germana fides, hinc omneis laeta iuvandi
 Mens, ac in cunctos hinc amor ille bonos.
 Quorum nos memores, omnes haec addimus urnae:
 VERVM ACADEMIAE HAEC CONTINET VRNA
 PATREM.

Io. Gothofredus Berger, D.

Est equidem commune mori mortalibus, atque
 Omnes sub leges mors vocat atra suas,
 Sed ROEHRENSEI fas est reputare ruinam
 Tristem, atque ob causas collacrymare graves.
 Quam quoque non tantum Gnati & Vidua optima plorant
 Sed Musæ nostræ & Leucoris alma dolent;
 ROEHRENSEUM repetunt lugubri voce Camæna,
 Ceu Patrem ereptum, præcipuumque decus.
 Mille dolent lacrymis; ast indelebile Nomen
 Mentibus inscriptum visceribusque gerunt,

Vota.

Votaque dant reliquis, quos casus torquet acerbus.
Ut videant feros sed sine nube dies

Condolentia test. orgo sc.

D. Christianus Vater, PP.

*S*ingula cum florent, cum formosissimus annus,
Cum redeunt Veris, tempora laeta solo
*Q*uando Flora suum caput ornata veste virente,
Calthis & tulipis, laurigerisque comis,
*S*ymate Pullato circumvestita videtur
Leucoris, & desset funera moesta Senis
*F*ure quidem: dignus quem plangat Saxona tellus
Dignior, ut prostent, huic monumenta Viro.

P. G. Sperling, D.

P.P. & Arch. Anh.

Perturbata Themis nunc est: gemit Ordo Sopororum,
Indomitum quoniam nulli scit parcere fatum.
Inclutus est nuper surreptus Strautilus: atque
Nunc ROEHRENSEIUS, Decus Almæ, fata secutus.
In vita Hi juncti junguntur morte perinde;
Ambos sancta fides, pietas, concordia nexit;
Ac Ambos hodie solantur gaudia coeli.
Ait hic litorum manet indelebile nomen.

Johannes Carolus Nævius, D.

Inunc, & diros jacta, Libitina, triumphos,
Exuviisque Tuis imperiosa rige.
Sceptra superba tenes, misero nec definit atrox
Ante diem Pindo tor rapuisse Viros.
Non ego, nunc fauste sacrata palatia Phoebi
His orbata viris posse vigere puto.
Proh dolor! elatis aliis, effertur & ille,
Cujus jam laudes ipsa Minerva canit,
Nam fuit in nostris permagnus splendor Athenis
Leucoreis ingens extitit atque decus.
Hinc quoque, chare Senex, nostris memorande Camoenis,
Exuvias Pindus congemit ipse Tuos.
Congemit atque Tuam mortem charissima Conjux,
Plangit, & assiduis imbris ora rigat.
Stant nati flentes, gemitus de pectore ducunt,
Dum subit extincti tristis imago Patris.
Et Tua busta queror, mecum suspiria Musæ
Jungunt, atque simul trætita verba sonant.
Dignus eras, Pylimum qui longum viveret ævum,
Tardius & peteret sidera cæssa poli.
At DEUS, imperium cui vitæ est, ipse volebat
Te feci variis eripuisse malis.
Hinc quoque nolo tuam planctu turbare quietem
Amplius, hoc voveo: molliter ossa cubent!

Supremis Affinis conjunctissimi honoribus lugens

dabat

Jo. Paulus Schröter, D.

Funer-

Fluctuant fatum! Quo Pindus ad Albidos undas
Eheu! Jam premitur: Lumina magna cadunt,
In quibus & ROEHRENSEELUM luges adentum,
Qui desiderium liquit in orbe sui.

s.
D. Iohannes Iacobus a Ryffel.

Nunc iterum tristes, Elegia, resolve capillos,
En, nova, quae cruciat, causa doloris adest.
Nunc iterum, Musae, pullata accurrite veste,
Flebiliorae sacras voce replete domos.
Thura liter tumulo candor, sed spargat Apollo
Flores, & Pallas carmina moesta ferat.
Cassalides scapulas subternant sponte feretro,
Tres Charites portent funereasque faces.
Non tamen hoc tanto poterit sat digna parari
Pompa Viro: digno, qui meliora ferat.
Sed Tu, Sancte Senex, Vir majestatem verende,
Coelicolas inter gaudia vera cape.

M. Io. Erdm. Daschitzky, Ord. Phil. Adscr.
& h. t. Decanus,

Verlus amor Superum jamne est in taedia nostri?
Funera cur toties Leucoris alma videt?
Non satis est Themidos curam occubuisse caputque,
Non satis, Eusebides interisse decus?
Tertia nos cruciant jam vulnera; *Socrates* alter
ROEHRENSEEE pariter fata suprema subit.
Plange igitur, nam jure doles, ter saucia plange,
Leucoris, & tumulos ore madente riga.

Matthias Ernst Hoffmann/ D.
Reipubl. Oppid. Conf. p. t. reg.

Nunc est in DOMINO vita defunctus Achates,
Qui COLLEGA mihi proximus ipse fuit.
Conditur antiqua virtute fideque celebris,
Et fugit ex oculis gratia rara meis.
Heu! ROEHRENSEUS summa cum laude PROFESSOR
In Pindo Albiaco desit esse super.
Non tamen heic obiit totus, si plurima spectes
Scripta, quibus florens fama superstes agit.
Sic in corde meo, dum spiritus hos reget artus,
Integritas ejus nulla sepulta jacet.
Erigat adhaec Aedes solamine firmo,
Qui Viduae Iudex est Sobolisque Pater!

Doloris contestandi gratia hoc dabat
Michael Straudy Super. Mathem. P.P.
& Ordinis Philosophici Senior.

Nuper ego optabam, ne mox Truculentia moris
Diriperet nostrum falce furentem chorum.
Jamque cadit cordis non ultima portio nostri,
Irrigat & nostras imbre cadente genas.
Ah! quoties nimium sunt irrita vota, Deusque
Quot miseras surda respuit aures preces?

vere lugens scripsit
D. Io. Bapt. Röschel, Physf. P.P.

Virtutis studium, Socialis vincula vitae,
Curandae docui provida jura domus.
Nunc virtute mihi, vivo quam fata negabant
Invida, Supremi est gloria parta boni.

B

Nunc

Nunc castos inter coetus animasque piorum
Perpetuae socius prosperitatis ago.
Nunc aerumnarum, nunc sollicitudinis expertus
Felix aethereas incola curo domos:
Parcite me miseris, MOESTI, deslere querelis!
Delertae Superis stat pia cura domus.
Cara tui! monitis Soboles inlisse Parentis:
Vt bene semper agas, nunc bene disce pati.
Disce, tenax aequi, nostra bene vivere vita,
Qui bene vis nostra discere morte mori.

*Ultima B. DEFFINCTI suspiria lenienti doloris & obferuantiæ
resistandæ causa concepta*

Joh. Christoph. V. Vichmannshausen,

LL. OO. Prof. Publ.

Roma sub auspiciis Seniorum est Nomen adepta
Præclarum: coluit Graecia docta Senes,
Funere nos linquit repetito sancta Senatus,
Afficiunt Musas tristitia Fata metu.
Vir prudens, ætate gravis, Morumque Magister
Excellens moritur. Leucoris alma gemit.
Ut vigeat Virtus, ut sint felicia Regna,
Laudavit Summi commoda multa Boni.
Exicipiant civem coelestia Regna beatum,
Mens fruitur summo non peritura Bono.

Georg. Frider. Schroerer, Log.

& Metaph. P. P.

Quis novus atronitos iterum tremor occupat artus?
Et quatit accipiti pallida membra metu?

Sic ego, cum properans radiis absconderet undis
Phœbus, & atrato pelleret orbe diem.

Vox levis interea tremulus veniebat ad aures,
Pacæque raucifono murmure verba dabat:

Funera denfantur; nam STRAUSSI corporis umbra
Nunc ROEHRENSEEL nomina magna petit.

Obstupui, dum fama fidem superadderet, atque
Deduxi gemitus corde dolente graves.

Quot coeli nobis Eclipses fata minantur!

Quæ Lunæ & Solis corpora vasta tegunt!
Tristitia sed lacrymis quidnam iuvat ora rigare?

Haec potius tumulo verba suprema demus:

Summa Boni Summi docuit qui præmia vivus.

In coelis Summum nunc tenet ipse Bonum.

Qui mores poluit mentesque Politicus olim,

Invenit in coelis jam *στεινυμα* suum.

Postera gens Manes venerare & grata relinque

Hankenior inter Straussadeique locum.

*Honori supremo magistri Moram Doctores, Collegæ de fide attestavi.
mi. L. M. Q. dabat*

Georg. Gvilielm. Kirchmaierus, Graec. Lingv. P. P.

O Funesta dies, nigro damnata lapillo,
Nuper ab infausto nomen adepta malo.
Qua decus Aonio defecit lumen in orbe,
Dum fuit Actæo par Sophus ipse leni.
Cujus in occasu magnarum gloria rerum
Definit, & nobis disperit ante diem.
Et Cato Leucoreus, longo perdoctus ab usu,
Dotibus ingenii, consilioque Valens.
Ergo Vir arte sagax, non indeletus abibis,
Donec Parca mihi ducere fila volet.
Fama super cæticæ rupes, calidamque Syenen
Vecta, procul vitio Mens colit altra lenis.

Compo-

Compositos mores, animum faciemque serenam
Querimus, ac placidae gratia frontis abest;
Illi solatur moestum, quod munera laudum
Effugiem referunt nunc mihi, Dive, tuam,
Conjux, cognati, carae pia pignora stirpis,
Attoniti casu lumina moesta rigant,
Quis Deus abtergat lacrymas, releveatq; dolores,
Et mutet vultu commiserante vices.

Argumento observantiae erga defunctum & luctus erga superstitem moerore confictos dare voluit ac merito debuit

Henr. Leonardus Schurzflieichius, D. Historiar. P. P.

Quid iam speremus, si Tu, Spes optima nostris
Ordinis, ad tumulos, ad tua busta ruis?
Plangite, Leucorides! passos lacerate capillos!
Lacryma multa cadat: plangite Leucorides!
Plangite tuque frequens Patronum turba clientum!
Vnius, heu! casu quot cecidere Senis?
Nominis ac citius venient obliuia nostris,
Pectore quam memori, Te cecidisse sinem.

Obitum

Viri de Republica literaria immortaliter meriti, Patroni desideratissimi, acerbè luget, moestissimèque prosequitur

Io. Andreas Planerus, Mathem. Inter. Prof. Publ.

Quid vita est hominum? quid sunt primordia vitae?
Sunt lacrymae tristes atque, ferale malum.
At quid mors iustorum? quam primordia vitae,
Quae promissa piis, perpetuoque manet.

luctus causa apposuit

M. B. Hildebrandt, D.

Nos quia triste malum, peccatum, traximus omnes,
Omnibus ex aequo mors subeunda venit.
Sit subeunda; tamen solatur pectora verbum;
Mors somnus nobis, ad patriamque via est.

Io. Caspar Brendel, D.

Parmagna est iactura Viri, qui Cenfor Honesti
Eximius docuit tot, ratione, Viros,
Cujus & ingenii dotes experta sagacis
Leucoris, ut vellet, non potuisse mori.

moestiss. animo adijciebat

Iobus Tilemannus, D.

Ah! nimis es largus; nam, qui stipendia doctis
Soluisti, surdae soluis & ipse neci.
Quid tamen admirat, letho si debita reddis?
Debita, quae quisvis, reddere debet homo?

Christianus Temmich, D.

Ah rursus Lellus! vix Straullius aethera scandit,
Qui patriae fuerat gloria magna suae.
Vix nostro luctus moesto de corde recessit,
Roehrensee noster verbibus eica jacet.
Ah! quis erit finis lamento quisve dolori?
Funera Clarorum Saepius omen habent.
Sed tu magne Deus per Christum protege cunctos!
A Wittemberga sit procul omne malum.

debitae observantiae causa scribebat

Ioh. Georg Krauß / I. U. D. & Civit. Wittemb. Syndic.

Allentem rufus Doctorem, ô tristia fata!
Cerno, ideo vulnus Leucoris alma capit,
Namque sui decoris jam nunc pars magna recessit,
Nescit praesidium, consiliumve domus.

Ast

Ast sincera fides, eandor, prudentia longo
Nota die, & pietas intemerata manent.
In coelo vivit, cineres terra hospita servat;
Qui Iesu moritur vivere rite potest.

C. VVarlitz, D. P. P. E. & Archiater.

Cana fides, pietatis amor custodia morum
Luxit in EGREGII pectore tota VIRI:
Luxit, at extincta est! quid, non ceu pulchrior ille
Luccet in atrigero stella corusca Polo?

Deprap.

Michael Gottfried Ziegler/ Medic. Doct.

Vix Straus tumulto reddidimus cauo
Corpus, dum Lacheis casibus anxius
Rursus dira fatigat,
Ac ire in lacrymas iubet.

Nam clarum Albiacke Leucoris occidit
Lumen, Pierides quod lacrymis gemunt
Effusus: at honoris
Semper nobilitas manet.

A. B. D. P. P. Extr.

Imfleide nun dein Haupt mit den Cypressen-Zweigen/
Betrübtes Leucoris, dein Sitten-Lehrer muß
Zieh durch den Tod gerührt/ in seinen Lehren schweigen/
Sein kluger Mund giebt dir den letzten Abschieds-Ruß/
Doch ist Er nun erhöht/ und vor den Lehrer-Orden
Dort in der Ewigkeit zum Sonnen-Lichte worden.

Joh. Heinrich Heucher/D. Phys./Prof.Subst.

Quas paritur uatura vices, dum lumine Solis
Subducto terras umbra profunda tegit:

Leucoris haec subit nigro velamine tecta
Mocorisque sui plurima signa ferens:

Nam se privatam praclaro lumine sensit,
Quod ROEHRENSEUS stella corusca dabat.

Hinc facie est valde tristis, lacrymisque dolorem
Nutrit, & in gemitus vix reprimenda ruit.

At veluti nunquam tenebris Sol ipse laborat,
Cum lucem terris pallida Luna negat:

Sic ROEHRENSEO splendor non deficit ipsis,
Imo majorem caelica terra dedit.

M. Augustus Wolfius, Ecclesiastes.
moesius dabat

Wer Gottesfurcht und Billigkeit pflegt also zu verwalten/
Dass Er des Nächsten Nutzen sucht/
Und alles Unrecht nur verflucht/

Wo ein geschehter Sinn auf Gottes Ehre gehet/
Wie kan es anders seyn/ dass der vor Gottes Thron besiehet?

Mein ehreter Köhrensse / du hast dein Amt auch wohl geführt/
Ein ieder hat aus deiner Treu siers Gottes Ruhm verspühret/

Den Schutz war deine Frömmigkeit/
Du warst fort in Gott erstreut/

So sieh der Höchste icht auch nicht dich wiederum genesen/
Nun lebestu in jener Welt in Christu tausend Freuden/

Und davon lunte dich auch hier der herbe Tod nicht scheiden /
Du gehst aus aller Bitterkeit/

Wir aber sind in Traurigkeit/
Und können fast nicht mehr als zu Gott dieses sehen:

Ach laß den Seinen vor den Schmerz bald neue Gnade sehen!
Dem Wohlthel, zum schuldlosen Nachreim und demen Hinterlasse,

nen zum Troste sägte dich mitliebend bey
M. Io. Michael Reifmann/ Prediger.

Reim

Ein Bestand ist auf der Erden/
 Stürmen folgt dem Sonnenchein/
 Wenn die schönsten Rosen werden/
 Sol gleich Jammer - Hitze seyn.
 Was ihr fröhlich steht im Blüten/
 Wird bald / wie ein Staub / zerfliehn.
 Das nur sprang in Luft und Schergen/
 Musk drauf in den Eudämon stehn/
 Und die lichten Glücks - Kerzen
 Macht ein Wetter bald vergehn.
 Mander hat in wenig Stunden
 Lust und Leib und Abschied funden.
 Wohl demselben / der im Leben
 Nicht zu sehe die Welt beliebt/
 Der dem Himmel bleibergeben/
 Und sein Herz der Tugend giebt/
 Der kan solchen Lauf der Sachen
 Gleich dem Seligsten verachten.
 Wer so stirbt / ist ungestorben/
 Ihn verklärt die Ewigkeit/
 Er hat einen Schatz erworben/
 Den nicht Zeit noch Sturm zerstreut.
 Und den Ruhm der edlen Früchten
 Kan kein düstres Grab vernichten.
Sie / Betrübste / Deru Jähren
 Ist wie volle Ströme gehn/
 Können nicht dem Wechsel wehren:
 Doch bleibt **GOTT** und Himmel stehn/
 Dieser wil sich fest verschreiben/
Mann und **Vater** zu verbleiben.
 Aus schuldigem Mitleiden gegen die ganze vornehme und
 hochbetrübte Familie schriebs
 M. Joh. Heinr. Reiffmannus, Diac. IV.

Wey Wunden sind Dir nur vor kurzer Zeit geschlagen/
 Betrübte Leucoris / die Dritte kömmt darzu/
 Da ein so theurer Mann auch wird ins Grab getragen:
GOTT heile Deinen Schmerz / und setze Dich in Ruh!
 M. Ernst Christian Schröderet, Ord. Philof. Adj.

Leuoris in lacrymas iterum resoluta gemiscit,
 Et tales querulo mittit ab ore sonos:
 Causa quidem persape fuit mihi iusta dolendi,
 Causa tamen nunquam iustior ulla fuit.
hac Viro de Academia oprime merito debebat
 M. Paulus Bergerus, Fac. Phil. Asf.

Inemerata tori suavissima vincula, natos,
 Quorum, dum trepidant, nescia lingua loqui,
 Pindum, totque Tuos, libros, & quid moror? orbem,
 Orbis pertaesus, linguere, Dive, paras.
 Euge, Pater, nobis quis prospicit, quisque tuetur
 Res miseras nostras? Euge morare viam!
 Vos manes posco: Moriens, ne desere vultus,
 Quis, dum vivebas, gratia summa stetit.
 Nos dolor assiduus circum praecordia multum
 Torquet, & effuso distrahit ore genas.

C

Tristius

Tristius Afflictis fuit hoc & flebile carmen:
O si omnes una contegeremur humo!

Supremam pietatis officium Hespiti suo ac Patrono incomparabilis in luctu communi honorum omnium mortuus admodum perfolvit, depositusque Viri celeberrimi integerrimique cineribus bene precatus est

M. Christophorus Henricus Zeibich, Fac. Phil. Adj.

Mit Dem Du jagst aus/ mit Dem Du hast studiret/
Mit Dem Du bist erhöhet/ mit Dem Du hast gelehret/
Mit Dem Du hast zugleich die **Elb**-**Neben** gejeeret/
Mit diesem Demem **Strauß** bist Du ins Grab gefehret/
Mein theurer **Kobrensee**/ Dein **Strauß** ist vorgegangen/
Du bist Ihn nachgefolgt als ein getreuer Freund/
Nun hast Du Ihn/ Er Dich mit tausend Freud umfangen/
Wir aber ehren Dich/ so lang die Sonne scheint.
Mitwas vor **Eifer** Du Dein schweres Amt verrichtet/
Das weiß Europa wohl/ das rühmt der **Teutschen Land**/
Es wird Dein **Hun** und **Ruß** zu keiner Zeit vernichtet/
Weil Du in **Schiffen** bist der klugen Welt bekant/
Deum **Witwe** weine nicht mit Deinen **Liebes** Schänen/
In Deinem **Ehlichen Stand**/ in Deiner **Einigkeit**/
Dein **HEILIG** selbst wird Dir die **Freuden** Erben aufsehn/
Die Deinen **Ehgenos** zu führen einst ohn Leid.

M. Hermann Decker/ Liv. Fac. Phil. Adj.

Ingenuus **Moran** Doctor concludit in orbe
Laudatum cursum, Vir pietate gravis.
Quae docuit verbis, *falsis* expressit, & inde
Virtutis pulchrae suavis imago fuit.
Ordinis ipse *decus Sapienrum*, firma columna,
Ac orbis docti *nobile lumen* erat,
Huic accepta *lubens*, Civem quaeis *Leucoris Alma*
juribus instruit, *vel potiora*, sero.
Contulit ipse *Salus cauti*, *Vinique sereni*
Confector ritus, hinc *Sophiaeque gradum*.
Præsidi officio defunctus, mente benigna;
Consilio auxilioque ad fuit ille mihi.
Tanti igitur merito *Patroni* *lyssa* riganda
Sunt lacrimis, donec *vina superstes* erit.
Tu vero *Sandum*, *iusso* *moerore* gementem
Numen, **ROEHRENSENI**, erige quae so. *Domum*.

Erige *prostratam viduam*, sic *pignora* *moesta*;
Auxilium pressis dextra *Paterna* *ferat*.

Memorem, & post fata, mentem testatur, *Musa*
pullata

M. GEORGI MICHAELIS CASSAI, Hang.
Ordinis Philosoph. Adjuncti.

I.
Sie Zugen/ laßt denn verdiente Jähren sehen/
Sie **Schau**/ ein **berühmter Mann** wird in die **Gruff** gebracht;
Er kan des **Todes Wuth** nicht länger widersehen/
So **klagt** und **winselt** doch/ ach! weiner **Tag** und **Nacht**!
Nichts ist von solcher **Krafft**/ daß eure **Brühen** hemmet/
Denn solches **Lehrers Ball** macht auch das **Herz** beklemmet.

II.
Ist kan ich **abermahl** von **großem Leide** sagen/
Mein **schwacher Geist** ist schon mit **Schmerzen** angefüllt.
Der **Kiel** fällt aus der **Hand**/ ich muß aus **Wehmuth** fliegen/
Weil sich ein **hohes Haus** in **Stor** und **Boy** verhält.

Georg

Gewiß / so bitter Noth hat mich zu sehr gemeinet/
Was Wunder? wenn bey mir nur Angst und Kummer scheint.

III.

Der ehre Röhrensee / von ungemeynen Gaben/
So selbst die Gottesfurcht und reurische Redlichkeit /
Wird leder allzufüh in kühlen Sand vergraben.
O mehr als herber Frund! so mir zu dieser Zeit
Nach Gottes weisen Rath hie durch ist eingeschendet:
O trauriges Geschick! so meine Sinnen fräncket.

IV.

Indessen wil ich Jhn unausgesetzt beklagen.
Er ist bedauerns werth / mich schmerzet der Verlust:
Ich wil von seinem Ruhm biß an mein Ende sagen.
O Jammer / Ach und Weh! mir bebet Herz und Brust.
Ja / Seinen Leib wil ich mit tausend Thränen negen/
Und diese Überschrift auf seinen Leich-Stein setzen.

V.

Hie schläft Herr Röhrensee / Den Jeder hat geliebet/
Nun wird Er fort für fort im Sternens-Saal erquicket:
Ein Nam / so wesentlich Niemanden hat betrübet/
Der lebt in jener Welt in Ewigkeit beglückt/
Derfolgung / Unglück / Weid / was sonst noch ist vorhanden/
Hat Er durch einen Kampf höchst selig überstanden.
Unter köpffigen Thränen schrieb dieses ein dem vornehmen
Röhrenseesischen Hauße verbundener Diener und
Eiße-Genoß
M. Gottfried Victor Möhring der H. Schrift
Candid. und der Phil. Fac. Adj.

Heu nova Leucorae clades & funus acerbum!
Nam ROHRENSIUM trux Libitina rapit.
Non satis est bis iam mortis sensisse ruinas.
Tertis nunc deflet naufraga damna parens.
Vnda maris veluti sinuosi pellitur unda,
Continuo & tractu prima novam revocat.
Perpetuo nexu series sic iuncta malorum,
Improba sors orbis efficit innumeros.
At vero, Omnipotens, quassae miserere carinae,
Ni ferves laceram, mergitur ipsa mari.
Pellae clementer metuendas porro ruinas,
Ac viduatam Almam Numine quaeso tegas.
In terra cineres sancti, Defuncte, quiescant
Molliter usque Tui, mens maneat Domino.
Et cum nostra Tuae superent encomia Laudes,
Sic debent tacita religione coli.

Ita iachuram, quam Academia Vitemb. fecit in pie
defuncto, acerbe lugebar
M. Petrus Jaenichius, haec. Ord. Phil. Adj.
nunc vocatus Rector Gymnas. Thorunienf.

Jammer! welche Nacht bedeckt den Musen-Sitz/
Des Mondes Silber-Licht in Schatten wird verkehret/
Des Phoebi Finsterniß die Dunkelheit vermehret/
Aus schwarzen Wolcken fährt ein schneller Todes-Blick,
Egypten mag die Noth der Finsterniß beklagen/
So weiß das U. B. A. & H. E. N. von großer Angst zu sagen.
Wann gleich der nahe Mond den Sonnen Körper deckt/
Diß weit und grosse Rund die Sonnen-Strahlen trennet/
So währet kurze Zeit / so man das Finstre nennet/
Allain ganz U. B. A. & H. E. N. dieselbe Nacht erschreckt/

Die

Die höchst beschwerlich ist, und schmerzlich lange fräncket/
Weil man ein Sternens-Nicht ins finst're Grab verfencket.

Doch was verfenck't? Es ist mit größern Glanz geschmückt/
Es wird in jener Welt von GOTT der Gnaden-Sonne
Mit Himmels Schein bestrahlt, und scheint in Freud und Wonne/
Von keiner Jammer Nacht noch Finsterniß gedrückt/
Woh! Dem/wer dieses Licht/über Eitelkeit verlihet/
Und von der Sonnen Glanz mit Klarheit wird gezieret

Zur schuldigen Condolence solte sein schmerzliches
Mitleiden betrogen

M. Justus Schöpffer/ Ord.Phil. Adj.

Meine Sinne tichten jetzt mehr als einmahl Klage-Lieder/
Denn der Zorn des Himmels schlägt mir mein ganz Vergnügen nieder.
Und wenn gleich in meiner Seelen Gottes Trost zuweilen hafft/
So wird er durch hartes Stürmen doch bald wieder hingerafft.

Hat mein Auge öfters gleich satt und müde sich gewinet/
Dass sein Wasser-reicher Brunn nummehr zu verdorren scheint:
So drückt doch der Schmerz von neuem,dass es wieder häufig thránt/
Und sich nach dem Rath und Hülfe unsers theuren Lehrers sehnt.
Scheint die Wunde meiner Noth manchemahl gleich zuweilen/
Wenn die Salben Gilteds eine Linderung mir ertheilen:

Ah! so stießt doch von neuem wieder Blut und Wasser draus/
Und der Schmerz und große Schaden siehet ganz unheilbar aus.
Drum so stießt ihr Thränen fließt/ biß ihr könnt den Wäcken gleichen/
Die des Himmels-Feuer-Zorn leschen/ und sein Herz erweichen.
Stre niemand mein Beginnen/ ich will weinen/ weil ich kan/
Nim/ o GOTT/ doch die Verärzten wiederum zu Gnaden an!
So belagert den unschätzbahren Verlust seines hohen
Wobsthäters

M. Augustus Müller/ Fac. Phil.
Adj.

Occidit, ah! satis est, Misæ, sic fatur Apollo,
Et voci gemitus obstrepere suaë,
Conticuere omnes, quatitur singultibus aether,
Et verbis gemitus obstrepere suis.

Ita manes Summi Philosophi, Praeceptoris atque Patro-
ni aeternum venerandi, lugens moerensque
prosequitur

M. Joh. Georg. Hocheisen, Ord.Phil. Adj.

Qvae nova vis gemino trepidantem fulmine Pindum
Concutit, atque iterum culmina tacta ferit?

Hanken! Straus! que dolens funebria, nondum

Extulit e madido Leucoris ora sitit,

Exequias dum, Dive Senex, cui Nestoris omnes
Optabant annos cogitir ire tuas.

In partes veniunt socii divique deaeque,
Eusebie ploret, fiet sua damna Themis.

Quid mirum, tristi sua si caligine Phoebus

Lumina, si vultus ad tua busta regat?

Suo quondam Praeceptor, studiorumque amplificatori
supremum officium testatur

M. Joh. Gvil. Janus, Ord. Philos.
Adscr.

☞ (O) ☞

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18



FVNERI INDICTIVO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI EXCELLENTISSIMIOVE,

DOMINI

CHRISTIANI

Wobrensee

PHILOSOPHIAE PRACTICAE IN ACADEMIA VVITEMBERGENSI PROFESSORIS

PVBLICI LONGE CELEBERRIMI, ALVMNORVM

ITEM ELECTORALIVM EPHORI MVLTO GRAVISSIMI,

SENIS

VENERANDI ET DE HAC ACADEMIA

IMMORTALITER MERITI,

CVM

D. VIII MAII ANNO M DCCVI.

MORTALIVM REBVS PLACIDE

EXEMTVS ESSET,

SOLENNI EXEQVIARVM DIE,

QVI XVI^{tas} MENSIS CVRRENTIS ERAT,

SVPREMO DEFVNCTVRI FAVORIS, SINCERI

AMORIS OBSEQVIHQVE OFFICIO,

ACCLAMABANT

FAVTORES, COLLEGAE, AMICI

